



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

1 Quid sit Distractio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)



TRACTATUS I.
DE DISTRACTIONE.

Quid sit Distractio.

C A P. I.

QVONIAM Aristoteles docet plenam priuationum notitiam haberi non posse sine perfecta notitia habituum oppositorum, conueniens videtur, vt prius exponamus quid sit ATTENTIO, vt eo facilius, clariusq; intelligatur quid sit DISTRACTIO, cum nihil aliud sit quam priuatio attentionis.

QVOD ergò ad nomen Attentionis pertinet, non dubium est venire à verbo Attendo. cuius duplex est significatum instituto nostro cõgruens Primo significat extensionem: secundo applicationem animi ad actiones potentiaram cognoscentium, tam internarum, quam externarum. Ex secundo significato, vt mox dicam, oritur primum, illudq; est quasi nominis Attentionis materia.

Ee

Pro

Pro intelligentia autem sciendum est, animam nostram per supradictas potentias spirituum animalium ministerio operari: qui spiritus insunt dictarum potentiarum nervis, ac per eos, quia vacui sunt, decurrunt, haud secus quam sanguis in venis. Illud quoque observandum, quo plures spiritus confluunt, hoc efficaciorum redditur eiusque potentiae operationem. Ad eam autem concurrunt multi, ad quam se anima ad intense operandum applicuerit. Iam quia dictorum nervorum canales sunt angusti, adventu multorum spirituum laxantur. Videre id licet, si alicui occludatur vnus oculus, tunc enim spiritus, quia aduerunt se quasi otiosos continuo defluunt ad alterum oculum patentem, & pupillam laxantes visibiliter illum inflant. Quod si oculum clausum iterum reseres, statim videbis eum in pristinum statum relabi. Non secus videmus intumescere venas, quando brachium constringitur, quia tunc multus sanguis confluit. Ab hac extensione nervorum multitudine spirituum effecta, quando intense operamur, nomen Attentionis sumptum est, quae in hunc modum describi potest. Attentionis est applicatio animi ad exercendam operationem in vna tantum potentia. Quod fit

fit spirituum animalium opera & beneficio.
Et hæc satis sint de attentione: nunc trans-
eamus ad Distractionem.

DISTRACIO, si vocem spectes, deriuatur a verbo *distrabo*, id est, in diuersas partes traho. Quando ergo anima, exempli causa, operando in intellectu, pariter vult aliquid videre per oculum, dicitur distrahi: quia incedit velut tracta ad duas diuersas potentias, & actiones. Vnde fit vt neutra actio rectè fiat, secundum verficulum communem. *Pluribus intentus minor est ad singula sensus*. Contra, quando vniuntur spiritus, dicimus operationem sequi viuidiore, secundum illud aliud dictum. *Virtus vnita est fortior dispersa*. Clarè id videmus in æneo tormento, quo enim puluis intra illud plus fuerit contusus & depressus, hoc maiorem edidit strepitum. Vnde homines, quibus acervulus nō est, oculos claudunt, vt rectius quippiam videant: sic enim restringuntur, & netui in oculo existentes, & pauci spiritus qui in eo restant arctius vniuntur, & efficacius, firmitusque siue propinqua, siue remota conspiciunt. Dico ergo, tunc distractum hominem esse, quando eo tempore, quo cogitare coepit de vna re, qualiscunq; illa sit, mox cogitationē deflectit ad

E e 2 aliam,

aliam, vel priorem deferendo, vel imperfe-
 ctè continuando. Vel certe quando mente
 cogitans de vna, sensu vult simul attendere
 ad aliam. Hoc sensu dicitur distractus Mer-
 cator, qui dum rationes expensarum mer-
 cium excipit, cogitat de naue cum nouis
 mercibus aduentura Dicitur autem huius-
 modi cogitatio, distractio, quia discrepat
 ab actu rationes exigendi, quas præ mani-
 bus habet. Quamuis verum sit magis pro-
 priè vsurpari hanc vocè in actionibus men-
 talibus, vt in Exercitio studiorum, & simili-
 bus: strictius autem in exercitio Deuotio-
 nis, vt orandi, audiendi sacrum, vel concio-
 nem. Deniq; S. Bernardus serm. 47 in Can-
 tica inter distractiones etiam numerat, co-
 gitationes bonas, quando aliene sunt ab eo
 quod præ manibus est. Purè, inquit, diuini
 laudibus interesse debetis, ita vt nihil, dum
 psallitis, cogitetis: nec solum dico vsuadas cogi-
 tationes vanas & otiosas: vsuanda sunt & il-
 la, illa duntaxat hora, & illo loco, quas officia-
 les fratres pro communi necessitate, quasi ne-
 cessario admittere compelluntur: sed ne illa
 quidem profectò recipere tunc consuluerim,
 qua paulo ante in claustris sedentes in codici-
 bus legeratis: qualia & nunc me sua voce
 differente, ex hoc auditorio Spiritus sancti
 reger-

recentia reportatis. Salubria sunt, sed minime illa inter psallendum salubriter reuoluitis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit, quicquid aliud, quam debes, neglecto eo quod debes, obtuleris.

De Causis Distractionum, quas habemus in nobis.

C A P. II.

PRIMA Causa sunt quinq; sensus corporis externi, vt iam demonstrabo Incipio à Visu. Ieremias in threnis ait. *Oculus meus Thren. 3. depraedatus est animam meam.* Quod testimonium tam clarum est, vt expositione non indigeat. Experientia enim docet, non quouis anno, mense, die, sed quouis hora, vel etiam momento id nobis contingere. Causa est, quia cum vsq; ad calcaneum vitæ sensuali simus assuefacti, facile à consuetudine peruersa in mille abripimur, prohi dolor, vanitates. Ac edit quotidiana rerum sensibilibus necessitas, ob quam sensus in perpetuo quodam sunt exercitio De GUSTU dicit. *Offensa in abecedario de Recollectione* hominem spirituales non debere vesci cibis, acuto vel admodum sensibili sapore affectis, eo quod præter alias causas suis vaporibus

Ee 3 refri-